

## Appendix.

*De quibusdam vitiosis Syllogismis*

i. Figuræ, in Barbara.

1. *Solus homo est medicus :*

*Hic Coridon est homo :*

*E. Hic Coridon est medicus.*

Resp. *Major non est universalis, adeòq; in*  
i. *figurâ Syllogismus est vitiosus.*

2. Nulla Exclusiva exclusi subjecti affirmativa idonea est ad hoc, ut officio majoris in primâ & secundâ figurâ per se fungatur, inquit *Cl. Stablius in Sophist. p. 4. Videatur & Hornejus de Exponilibus.*

2. *Quicquid fit, est aliquid :*

*Ex nihilo nihil fit :*

*E. Nihil est aliquid.*

Resp. *Vox Nihil in casu recto est subjectum minoris, reliqua verba, ex nihilo fit, exclusâ copulâ quæ in verbo *Fit*, latet, & pars prædicati non est, constituunt prædicatum. Vox ergo Nihil, ut est subjectum minoris aut significat non-*Ens* & tunc minor est falsa: Non Ens enim planè non fit: E. neq; fit ex nihilo aut non-Ente. aut idem significat.*